



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXI. Das Kloster Leitzkau nimmt das Stift St. Servati in Quedlinburg in die Gemeinschaft seiner geistlichen Verdienste auf, am 23. September 1311.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XXI. Das Kloster Leitzkau nimmt das Stift St. Servatii in Quedlinburg in die Gemeinschaft seiner geistlichen Verdienste auf, am 23. September 1311.

Inclite Domine Abbatisse, Preposita, Decane nec non totique Collegio ecclesie S. Servatii in Quedelingeborch Johannes Prepositus et archidiaconus, H. prior totusque conventus ecclesie Lyzekensis — pie devotionis affectu, quem ad monasterium nostrum percepimus vos habere, petitionem vestram benigno et hilariter recipientes assensu, damus vobis plenam fraternitatem et plenariam participationem omnium honorum, que sunt et de cetero Domino cooperante in monasterio nostro fient, in vita nostra pariter et in morte, in missis, in vigiliis, in ieiuniis, elemosinis et orationibus et aliis bonis operibus. Et quando dies obitus fororum vestrarum nobis intimatus fuerit, XXX missas in conventu celebrabimus et in speciali missas, psalteria et alias orationes pro eis, quem admodum pro omnibus nostram fraternitatem habentibus facere consuevimus, faciemus integre et complete; quod similiter nobis et nostris apud vos fieri petimus et optamus. — Datum Anno Domini MCCCXI, in sequenti die B. Mauricii.

Wiedmann's Anh. Historie.

XXII. Der Probst und das Kloster Leitzkau treffen eine Bestimmung über das Kathedraticum der Pfarrkirche in Wittenberg, am 28. Januar 1402.

Nos Johannes prepositus, Lucas prior totumque capitulum ecclesie sancte Marie Litkenfis, ordinis premonstratensis, Brandenburgensis dyocesis, notificamus tenore presentium universis, quod licet nobis et ecclesie nostre specialiter sit indultum, quod a parrochialibus ecclesiis in nostra jurisdictione, subjectis rectoribus in eisdem ab hac luce transeuntibus, kathedraticum, quotiens opportunum fuerit, tollere et recipere valeamus, et cum ecclesia parrochialis in Wittenberg, quia pro nunc prepositus et capitulum capelle omnium sanctorum in Wittenbergk sub regimine aliisque administrationibus habeant et possideant, in nostra jurisdictione sit sita, et ad instar aliarum ecclesiarum ad hujusmodi kathedraticum nobis tribuendum sit restricta, ut ergo dicti domini, prepositus et capitulum capelle predictae cum dicta ecclesia parrochialis in Wittenberg de cetero interim et quousque sub eorum regimine continetur, ut presertim, ab hujusmodi kathedratico permaneant liberati et exempti, Nos ac nostri successores, qui pro tempore, a sepedictis dominis preposito et capitulo capelle predictae et eorum successoribus singulis annis super festo purificationis Marie beate virginis gloriose pro annuali censu seu steura loco kathedratici interim, quod praefatam ecclesiam sub eorum regimine, ut presertim, teneant et possideant, quindecim grossos behemicales Pragenfis monete sine omni contradictione recipere promittimus. Et hujusmodi kathedraticum deinceps perpetuis temporibus a praefata ecclesia interim, quod sub regimine sepedictorum canonicorum capelle omnium sanctorum antedictae teneatur, unice postulare ac quovis modo recipere volumus, isto tamen notanter expresso et salvo: si dicti domini, prepositus et canonici ecclesie omnium sanctorum in Wittenbergk dictam ecclesiam parrochiam ibidem permutarent seu resignarent aut quovis alio modo a regimine ejusdem ecclesie resilirent, quod extunc jus nostrum ac nostre ecclesie ad recipiendum et ad dandum hujusmodi kathedraticum vigore dicte ecclesie parrochialis maneat nobis eque sal-